

107

VOTA  
TÆDIS Nuptialibꝫ,  
VIRI PRÆCELLENTIS & AMPLISSIME  
**D. M. SAMUELIS**  
**S C H E L G U I G II,**

Philosophiæ Magistri, antehac Collegii  
Philosophici Wittenbergæ Adjuncti; nunc ve-  
rò Gymnasi Thoruniensis in Borussiâ  
Professoris Clarissimi;

*Cum*  
VIRGINE FLORENTISSIMA,  
**ANNA REGINA,**  
**NATALIBUS WEISSIA,**  
Die IX. Septemb. M. DC. LXX.  
ACCEPTE DEDIS,  
APPENSA  
WITTEBERGÆ.



THORUNII  
Typis excusa à Joh. COEPSELIO, Gymn. Typogr.



Moribus SCHELWIGE, felicissimis  
Vestris tot atq; tanta compreco bona,  
Quæ, qvætag exoptas Tibi & Sponse Tua  
Et hecce Tibi Sponjo. Undiquaq; vivide  
Sint vestri amores, floridi, sint nescii  
Tristantis infortunii, procul malis  
Animaq; corporisq; cunctis: una sit  
Mens vestra: sed non una amoris pignora!

Qvod gratulab deproper.  
CONSTANTINVS ZEGRA/D. Phys.  
P. P. Acad. Rector.

SCHELWIGI donis decoras illustre Lycéum,  
Qyæ Tibi concessit Numen ab axe poli.  
Euge modò pulchrum donum, Lectissima Sponsa,  
Cœlitus offertur, corq; decusq; tuum.  
WEISSIUS insignis præco, qvem turba celebrat,  
CANDOR & exornat, MAGNE LUTHERE, Tuus,  
(Rarior hæc virtus, santo Tibi charior esto  
THORUNIUM, verbum dum colis alma DEI.)  
Hoc offert munus divinâ voce, manuq;.  
Hinc cumulet, voveo dona subindé D E U S!

Wittberg. fac.

ABRAHAM CALÖVIUS, D. P. P. primarius, Pastor,  
& Elector. Saxon. Superint. General.

DVm Tibi, SCHELWIGI, tandem nova gaudia surgunt,  
Et venit in thalamum Sponsa pudica tuum;  
Conjugium felix voveo, & solaria vita,  
Sit sine lite domus, non sine prole thorax.

JOHANNES MEISNERVS, D.  
SCHELWI-

**S**CHELWIGIUS postquam nostratum castra reliquit  
Aonidum, interius ländente Cupidinis arcu  
Concidit, & tacitum nutritivit pectore vulnus;  
Nec prius uentis medicamina sensit Amoris  
Quam Venus antidotis illum miserata levavit.  
Hinc ea sidereis veniens è sedibus, omnem  
Movit è lapidem, thalamos ut ritè pararet  
Auspicio faustos sociali fædere iunctis  
**THORUNII**, dives, qua rerum Vistula currit.  
Poscimus his calido, cœlesti à Numine, voto  
Connubium felix, numerosum germanum amoris  
Divitias, salvam per plurima tempora vitam!

**JOACHIMVS NERGER.** Gryphim onte Sit.  
D. & Prof. Pandect. Publ. Curia Electoralis, Scabi-  
natus & Facultatis Juridice, que hic sunt Witten-  
berga, nec non Judicij ducalis in Marchionatu  
Lusatia inferioris Assessor.

**Q**uæ petis, ut decorent Thalamum mea Carmina castum,  
Vir perdocte, tuum; dat mea Musa libens.  
Maëst! Viros inter famâ super aethera note,  
Quæ Tibi jam pangam Carmina? vota ferane  
Sit Thorus, en; felix, Tibi qui contingit Olympos  
Nec lectus luctus, conjugium vè jugum  
Jungite, io! vovo mansura in fœdera dextras  
Impia quæ haut rumpant fata, nec ulla dies.  
**S P O N S E**, Tibi sit fida, Tibi facunda sit uxor,  
sit fecundia Thori: Sedula aplica: Sat est.

**WERNERVVS THEODORVS MARTINI, J. L. D.**  
& P. P. Ser. Elect. Saxon. Consiliar.

**Q**ui Te Consilio sapienti, **S P O N S E** vocavit  
Ad spartam, is Sponsam dat sapiente modo.  
Quin & Sponsa Viri sapientis Filia prudens,  
Ecce tuum in thalamum, Sponse colende, venit.

Mente

Mente più veneror sapientis fata Jehovæ  
Qui novit rectè consuluisse suis,  
Idem ex axe DEus vestris benedicat abunde  
Tædis, & yobis det bona qvæq; rogo!

Oλοναεδιως precatur Optimo suo qvondam Dn. College,  
M. GEORGIUS WAGNERUS, Facult. Phil.  
Adj. h. t. Decanus.

**L**ongavos Sponius cum Sponsa vivat in annos,  
Sit Sponso, Sponsæ purus & unus amor.  
Veti hæc summa mei. Faveant pia Numina votis.  
Sint rata, quæ cunctis sunt bene vota metris.

Deproper. M. I. q;  
**ANDR. SENNERTUS, P.P.**  
ACADEM. SENIOR.

**H**actenùs Aonidum doctā SCHELWIGIUS arte  
Ingenium pavit nocte, dieq; suum.  
Divinæ Sophies præclarum munus amavit,  
Solum delicium Pallas honora fuit.  
Hinè non vulgari nomen dotavit honore,  
Vistula qvem meritò clara favore fovet.  
Nunc Hymenæa parans SPONSAM sibi qværit amicam,  
Qvam pulcri mores, castaq; vita probant.  
Hæc oblectabit SPONSUM dulcedine cordis,  
Cum mentem turbant cura, laborq; Scholæ,  
Consonet hoc omen thalamo per tempora vitæ,  
Ut constantè a lat pectora fidus Amor.  
Pignora lecta Tori veniant currentibus annis:  
Sic, Neonymphe, novus semper Amator eris.

MICHAEL Strauch/ Mathem: infer. P.P.

*Ad Sponsum Clarissimum, Amicum suum.*

**F**œmina nulla bona est: &, si bona contigit ulla,  
Nescio, qvo fato, res mala facta bona est:

*Arbi-*

*Arbiter insanus cecinie. Sine conjugi vita  
Dura Tibi, fato res modò facta bona est.*

*gratulab. iudeb.*

MICHAEL WALTHERUS, Mathem. Super.  
Prof. P. & Alumn. Ele&t. Ephorus.

**M**ultū pertæsus vacui fastidia lecti  
SCHELWIGIUS dicit præstanti corpore Nympham,  
Tendimus huc omnes, qvò ostendunt ordine fata,  
Qvæ Tibi cum faveant, es terq; quaterq; beatus.  
Expectant vestras sexcentaq; gaudia tædas.

*Infelici yena, suo olim Collega conjunctissimo,  
Amico sempèr dilectissimo grat.*

AUGUSTUS Pfeiffer LL: S. S. &  
Orient. P. P. Extraord.

**E**dis REGINAM claram, SCHELWIGE colende,  
REGINAMq; tuo pectori, Sponse, tenes.  
Edas REGINAS & REGES sidere fausto!  
Et st̄a promissis, dulcis amice, tuis.

Festivâ mente inter alias hæc fundebat occupationes

M. SIMON FRIDER: FRENTZELIUS,  
Facult. Phil. Adj.

**T**HORUNIUM portas faciles Tibi pandit honorum,  
SCHELGVIGI, cordis pars adamata mei.  
Namq; Tibi gnavam dedit informare Juventam.,  
Et SPONSAM socium nunc dat inire locum.,  
Quid poteras ab eo majus meliusvè fruisci.  
Contigit officium, Nupta pudica data est.  
Utraque Te totum poscunt, viresq; reqvirunt;  
Corporis & mentis dona repone, sat est.  
O quantum est hominem perfungi his ritè dñobus!  
Ut sic nulla domi, nulla querela foris.

Hila tuo semper sint scripta in pectore verba:

Cura mihi Schola sit prima, secunda torus.

Cura prior celebrem Te reddat, & altera Patrem;

Luce Pater fias candidiore, precor.

Tuus ut olim, ita nunc & olim ex animo

M. CHRISTIANUS FASELTUS, Coll Phil. Adj.

Phocylid. v. 164.

M<sup>H</sup> μένυς ἀγαπή, μῆνες νύμφης ἔργα.  
Ne mancas cœlebs, pereas ne inglorius olim.

Du hast / Viel-wehrter / dich nun schon von vielen Jahren  
Mit drey-gedritter Schaar sehr wohl bekant gemacht/  
Sophia war dein Schatz / die dich oft angelacht/  
Wie man vor dessen hier im Helicon erfahren:  
Izt wilstu dich numehr mit einer andern pahren/  
Die nennest du dein Herz/nimmst treulich Sie in acht/  
So hastu wahrlich wohl dein Lob und Ruhm bedacht/  
Dass nicht verwelken kan / wie sonst verlegne Wahren/  
Du denkest nicht Künste nur der Jugend zu zuwenden/  
Du wilst auch was dir gleich an Sinn / Herz / Mund und  
Händen

Der Nach-Welt lassen hier / es wird nicht untergehn/  
Dein Nahme/dein Geschlecht/und was wir rühmlich nennen.  
Diss Ehe-Werk / das Gott gestiftet / möge trennen  
Kein Fall / das man alsdenn kan Kindes-Kinder sehn.

Auso wolte den grosskünft. Hn. Brudrigam / seinen hochgeschätzten  
Freund/ und die Tugendsame Jungf. Braut mit zwar gering-  
schätzigen/ doch wohlmeintenden Worten beeheyen

M. Georg. Barthelius, Sil. S. W. CR.

F<sup>er</sup>angitur cestib<sup>us</sup> mens pertinax, | Gaudiū. Jungitur fœdus pium,  
Et faces colligit Juno suas. | Fœdere amplex<sup>us</sup>. Utroq; alligas.  
Abnuisti diu. Sed vinceris. | Te, fidē, spēq; res certe optimas.  
An piger? pone curas. Næ subest

Affectus monumentum Præcellentiss. Dn. Sponso posuit

M. CONRAD SAMUEL Schurgfleisch.  
Gaudie-

**G**audete Musæ, progenies Jovis  
Summi, sereno pectore plaudite  
Ad lata Parnassi vireta,  
Et clarissimum acumen.  
**G**audere Musæ, lampada fulgida,  
Pulsis tenebris, aetheris in domo  
Mutata præclarè refulgit  
Et nuditu retulit quadrigis  
**L**ucem & supremi limina Cynthius  
Cælum revisit, vestigia pondera  
Terra: binè dies felix, beata.  
Faustaq; conjugibus novellis.  
**S**ponto, sacra, qui assiduum chori  
Vestri Patronus, cultor & inclitus  
Semper fuit, nec non tuerit  
Verba DEI sacra mellilinguis.  
**Q**ui festa lecto nunc Hymenaea  
Plausu celebrat, virginem blandula,  
Qua morib; sancti adiulta,  
In thalamum venit hinc amata.  
**V**os ergo Musæ carmina candida  
Proferre clauso ex pectoris intime:  
Clio, favo queso, sacrate  
Votaq; vocedato canora.  
**F**axit benignè, fæderu istius  
Author bonus, qui cuneta regit, DEUS:  
Ut sit thorus vere beatus  
Et Pyliam superent senectam  
**S**ponsi: ac virscens excubias agas  
**P**ax, sic fides & floreat integra:  
Constans amor, concordia alma  
His vireant, vigeantq; sponsi.

Quod oλοψυχως precatur.

M. ANDREAS HELWIGIUS.

Spino

**S**pinosa dudu quæstio Sophos vexat  
Curâ Minervæ deditis decenti om  
Nymphâ pium calere lectulû præste?  
An' insidere feryidâ libris curâ?  
Decisionem, Sponse dulcis endas  
Dum feryidâ Cupidinis manu tactus  
Ambrasq; balsamoq; labia nutrita  
Figis puellæ Weisslo thoro Natæ.  
Stipatus interim sacerimâ lege  
Svadete seper mutuas domo dextras  
Prodesse, Plinio faces Minervales  
Calpurnia accedit; Librosq; volvēti

Rusticana Symmacho comes fidâ est,  
Quis inde jam resisteret tot Exemplis?  
Si literatis sors tonans noveretur,  
Conjux sereniore fronte blanditur,  
Conjux Tibi è laboribus reversuro,  
Vultus datura est jugiter renidentes  
Qui pectori medela sunt fatiscenti.  
Et Te decet, magnu Deeg Camænarū,  
Trophæa sempiterna jam thoro ap-  
pendas.

Firma precor frui minor facultate  
Et uberes videte semper autumnos.  
M. GOTHOFREDUS GRÆBER.

**C**allusio ad Neo-Gamorum Nomina.  
Cum Samuel celebris doctrinâ, ac Anna pudore,  
Junguntur, Virtus cum Probitate coit,  
Weissia Schelvigo nubens prædicta, fatetur:  
Dum clara, à claro, ducitur in thalamum.  
Sic Regina Sophon; Samuelem ast Anna rogavit.  
Nomina cōveniunt, convenientq; Pares.  
Candida cum Claro non tantum nomine sed re,  
Candida sit: Thalamo candida qvæq; precor.

**R**EINHOLD ETCHÉ.  
**G**enugend und Verstand gepræste Klugheit findet  
So folget feste Treu' auf das geschloßne Band  
Das noch verstärkten muß NATUREN feste Hand  
Durch ihr gegebnes Recht/ so gleich mit gleich verbindet  
Bnd sich zu gatten treibt. Wenn Lob die Sucht umwindet  
Mit einem Myrten Kranz erwächst ein solcher Stand  
Wo Einigkeit ver spricht ein frohes Seegen Pfand  
Da bey Eingleichheit sonst so Freud als Glück verschwindet  
Den sucht sich gleich und gleich/ wenn ein hochweisser siehet  
Auff weisse Ewigend Frucht die an der Liebsten blühet.  
Herr Schelwig macht es so weil Er die Weisse Liebe  
Selbst schöner Weisheit voll/ und ihn die Weissin grüßet  
In Ehrentümpler Gunst. So wird das Weh verfusset/  
In dehn der Weise GOTT ein gleiches Eh-Glück gibet.

Adam Bülow / von Labs aus Pömern.

**B**ruma venit, longas pallens feri Delia noctes,  
Terra diu Tenebris habet opera nigris.

} *Sponsa Lux.*

LUX tamen interea surget Tibi candida, SPONSE:

WEISSIA nam rædis lucida euncta dabat,

**C**andida, Docte Tibi lusit mea carmina C L I O,

} *Clausula Votiva.*

Clausula nunc sequitur: clausula Vota ferat.

Sis prudenter amans Neonymphus, sit tua Sponsa

Lux sociæ vitæ, Vita beata simul.

Ita sanctissima veneratione & pio precore vovet

PETRUS FRANTZIUS, Elbing⁴ Borussus.